Panta hæc e feminibus ex Insula zeylon advectis ante aliquot annos enata est, quæ radice gaudet perenni, fibrosâ, fuscâ, & instar pyrethi radicis, dum manducatur, urente.

Ex radice circa æstatis initium caulis nunc simplex nunc geminus erigitur, sesquipedalis liratus & viridis, qui in duos tresve divaricatur ramulos, his folia adstant lata, viridia & mucronata.

Caulis in summitate plurimos gerit flores albicantes, tubulosos, quinquifidos, flores e perianthio prodeunt hirsutissimo.

Hactenus semina produxit nulla, quæ an multa in unico contineantur capsulâ feminali instar specierum Lychnidis melatet, volui tamen eodem proponere nomine, quo illam notavit Vir Clar: Hermannus, in herbario quodam vivo, quem ex insula zeylon ad Patruum meum ante multos annos misit, donec, perspectis examinatisque feminibus, si unquam in Hollandiâ videnda matura occurrant, convenientius excogitari queat: Zeylonenses

Dit gewas is uyt zaaden, die voor eenige jaaren van Zeylon gebraght waaren, voortgekoomen, dewelcke heeft een wortel, die altyd overblyft, veselachtigh, bruyn, en brandende is, als de wortel van de Pyrethrum, wanneer mense kaauwt.

Omtrent het begin des soomers koomen een ofte twee steelen uyt de wortel te voorscheyn, die anderhalf voet hoogh, geveurd, groen, en in twee a drie tacken verdeelt zyn, waar aan breede, groenen en spits uytloopende bladen staan.

De steel draaght op syn top veel witte, bloemen, die buysachtigh en in vyven verdeelt zyn, en uyt een seer ruyghe bloemkelck te voorscheyn komt.

Tot noch toe heeft sy geen zaaden voortgebracht, of daar veel zaaden in een zaadhuys beslooten zyn, gelyck als in de meesoorten van Lychnis, weet ick niet, ick heb nochtans dit gewas met die naam willen voorstellen, met welcke den Vermaarden Heer Hermans het heeft aangeteekent in seecker Boeck met gedrooghde gewassen, het welcke voor veel jaaren den selve Heer Hermans uyt Zeylon aan myn Oom gesonden heeft, totdat de zaden naaukeurigh ondersocht

hanc plantam, annotante eodem Herman-
no, *Elaratnetul* vocant.

socht zynde, soo sy oyt ryp in Holland sullen
gesien werden, een bequamer naam kan wer-
den wytgedaght: de inwoonders van Zeylon
geeven dit gewas, gelyck den selven Heer
Hermans aantee kent, de naam van Ela-
ratnetul.





BIBLIOTHEQUE
L. J. - 18
LAVES. 1888

C A P. LXXXVI.

MALVA AFRICANA FRUTESCENS
FLORE RUBRO.*Malva glutinosa.*

Ketmiarum species quatuor descripturus ostendi capite LXXXVI eas non *Althææ* aut *Alcææ* nomine proponendas esse, cum a Veterum *Althæâ* & *Alcæâ* toto differant cælo, de quibus latius actum eodem capite; nunc autem lubet *Althææ*, *Malvæ* & *Alcææ* notas communes & proprias inquirere, quibus a se invicem queant distingui: *Althææ*, *Malvæ* & *Alcææ* nota communis est florem habere monopetalum quinquefidum, quem femina sequuntur plurima in caseoli vel placentæ formam congesta, quorum quodque propriâ involvitur membranulâ stylo nutritivo ita circumhærente, ut potius non nuda sed singula singulis capsulis inclusa dici debeant femina, etiam si nuda à plerisque dicantur; in eo tamen differunt, quod *Malvæ* & *Althææ* folia minus secta sint, quam *Alcææ*; *Malvæ* folia non sint lanuginosa & canescentia, qualia sunt *Althææ* folia: quæ differentia, etiam si parva videatur, servanda tamen, ne tria hæc genera in usum medicum recepta, & a Veteribus descripta confundantur, qui tamen horum virtutes nobis reliquerunt descriptas.

ZUllende vier meedesoorten van Ketmia beschryven, soo heb ick in het LXXXVIste hoofdeel aangewesen, dat de soorten van Ketmia niet behoorde voorgestelt te werden op de naam van *Althæa* ofte *Alcea*, dewyl sy seer veel van den *Althæa* en *Alcea* der Ouden verscheelen, waar van breeder gehandelt is in het selve hoofdeel; nu wil ik ondersoeken welke ken teekenen den *Althæa*, *Malva* en *Alcea* gemeen, welke ider in het besonder zyn hebbende, waar door sy van elkander kunnen werden onderscheyden: De gemeene ken teekenen van den *Althæa*, *Malva* en *Alcea* zyn, een bloem te hebben, die uyt een blad bestaat, maar in vyven verdeelt is, naa welke bloem veel zaaden volgen, die als een kaaske ofte een koek in de ronte zyn te saamen gevoeght, alle deese zaaden zyn ider in syn eyge vliessen omwonden, die soodanigh om de middelstyl vast sitten, dat deese zaaden niet naakt zyn, maar dat men eerder behoorde te seggen, dat sy ider in een zaad-huys zyn beslooten, alhoewel sy van de meeste werden naackt genaamt; hier in verscheelen sy nochtans, dat de bladen van den *Malva* en *Althæa* minder zyn gesnede en verdeelt als de bladen van de *Alcea*; dat de bladen van de *Malva* niet wolachtigh en gryns zyn, als de bladen van de *Althæa*: Alhoewel dit onderscheyd kleyn en van weynich belangh scheynd, men moet nochtans deselve onderscheyden, op dat die drie geslachten, dewyl sy in de Medicynen werden gebruyckt, en van de Ouden zyn beschreven, die ons oock derselve krachten beschreven hebben naagelaaten, niet werden onder een verward.

De wortelen, die dit heester houtachtigh en bruyn heeft, brengen een ofte meer steelen voort, die vier ofte vyf voeten hoogh,
Rrrr rond,

Radices, quas agit hic frutex fuscas & lignosas, modo unicum modo plura emittunt virgulta quatuor quinqueve pedes

alta, rotunda, digitum crassa, fusca, pilis minutissimis obsita, folia his adstant e longiori pediculo lata, instar foliorum Aceris divisa & ferrata.

E foliorum alis ramuli oriuntur ejusdem cum caule coloris.

In summitate flores apparent rubentes unguibus purpureis præditi, pentapetaloidi, calyce gaudent duplici, quorum interior in tria, exterior in quinque dividitur segmenta. Florem femina sequuntur in rotæ formam congesta plurima, quorum singula singulis investiuntur thecis stylo adhærentibus nutritivo.

Floret omni anni tempore, & semina perficit.

rond, een vinger dick, bruyn en met kleyne hayrkens beset zyn, waar aan bladen op lange steelkens staan, die breed, geschaard, en als de bladen van de Acer verdeelt zyn.

Uyt de oxelen der bladen koomen de tacken te voorscheyn, die van deselve verwe zyn als de steel.

Aan de top van dit heester koomen roodachtige bloemen, die met purpere naagels versien, uyt een blad bestaan, maar in vyven verdeelt zyn, sy hebben een dubbelde bloem-kelck, waar van de binnenste in drie, de buytenste in vyf sneden verdeelt werd. Naa de bloem volgen veel zaaden, die in de ronte als een rad geschickt staan, van welke ider bekleed werd met een besonder deeksel, dat aan de middelstyl vast sit.

Dit heester draaght het geheele jaar door bloemen, en geeft rype zaaden.



NARCISSUS AMERICANUS FLORE MULTIPLICI ALBO HEXAGONO ODORATO.

Fig. 87.



C A P. LXXXVII.

NARCISSUS AMERICANUS FLORE
MULTIPLICI ALBO HEXAGONO,
ODORATO.

HUjus Narcissi bulbus pugni crassitiem superat, multis tunicis albicantibus involutus, quarum exterior subrubra, radices fibrosæ ex imâ bulbi parte provenientes albæ sunt, & calami scriptorii habent crassitiem.

Ex hoc bulbo multa nascuntur folia duos pedes longa, quatuor transversos digitos lata, læte viridia, nervis variis secundum foliorum longitudinem excurrentibus prædita, ex adversâ parte protuberantia.

Ex horum medio mense junio caulis erigitur planus, qui foliis longior in summitate flores gerit plus decem albos, monopetalos, in sex profundas & reflexas laciniâs divisos, e quorum medio calix erigitur hexagonus, albus, e cujus latere sex egrediuntur stamina viridia apicibus transversim incumbentibus luteis prædita, & e medio stylus erigitur nutritivus viridis: hi flores odorem spirant fragrantissimum.

Mensibus julio & augusto floret hic elegans narcissus singulis annis in Horto medico.

Narcissum hunc eundem esse cum illo nullus dubito, qui à Cl: Sloane in catalogo plantarum insulæ Jamaica vocatur, *Narcissus totus albus latifolius polyanthos major odoratus staminibus sex e tubi ampli margine extantibus*. Et a Clar: Tournefort in institutionibus rei herbariæ proponitur nomine *Narcissi Americani*, flo-

DE bol van deese Narcissus is dicker dan een vuyst, zynde omkleed door veel witte omwindsels, waar van de buytenste eenighsints roodachtigh is, de veselwortelen die onder uyt de bol komen zyn wit, en hebben de dichte van een schryfpen.

Uyt deese bol koomen veel bladen, die twee voeten langh, vier vingeren breed, bley groen, en met veel senuwen, die volgens de langhte van de bladen loopen, versien, en aan de buyte zyde uytpruyende zyn.

Uyt het midde der selve recht sich op een platte steel, die langer zynde dan de bladen, op syn top meer dan tien bloemen draaght, die wit eenbladigh, en in ses diepe en omgekrulde sneden gedeelt zyn, uyt haar midde doet sich op een kelck, die seskantigh en wit is, en uyt welckers zyde ses groene bloem-draden voortkoomen, dewelcke versien zyn met geele toppen, die dwars over de bloem-draden heen leggen, en uyt het midde des kelcks doet sich een groene bloemstyl op: Deese bloemen geeven een seer aangenaame reuck van sich.

Jaarlycks draaght deese seer fraeije Narcissus in de maande julius en augustus bloemen in de medicyn-hof.

Ick twyffele niet of deese Narcissus is deselve die van d' Hr: Sloane in syn register der planten, die in Jamaica wassen genaamt werden, Narcissus totus albus latifolius polyanthos major odoratus, staminibus sex e tubi ampli margine extantibus. en word door de Heer Tournefort in syn institutiones rei herbariæ voorgesteld met de


S s s

naam

re multiplici albo, odore Balsami peruviani.

naam van Narcissus americanus flore multiplici albo, odore Balsami Peruviani.





Ornithogalum africanum Linn.



C A P. LXXXVIII.

ORNITHOGALUM AFRICANUM PLAN-
TAGINIS ROSEÆ FOLIO, RADICE
TUBEROSA.

INter varias, quas anno 1698 e Promontorio Bonæ Spei accepi radices, hujus Ornithogali tubera erant varia, quorum pleraque pugni magnitudine, fusca & variis donata fibris, horum singula plerumque in longis pediculis atroviridibus duo producunt folia lata, nervosa, & omnibus numeris foliorum Plantaginis Roseæ simillima.

Ex ipso tubere etiam caulis erigitur sesqui pedalis nudus, rotundus & viridis, circa hujus summitatem in pediculis rotundis & digito longioribus flores apparent hexapetali, virides primo, dein candidi; quos capsula sequitur trigona, tribus distincta loculamentis, quæ femina continent subrotunda.

Certam in Horto medico florendi tempus non servat.

A Clarissimo Breynio in Centuriâ plantarum exoticarum vocatur *Ornithogalo affinis radice tuberosâ, cyclaminis folio Capitis Bonæ Spei.*

ONder verscheydene wortelen, die ick in het jaar 1698 van de Caap de Goede-hoop ontfangen heb, waaren verscheyde knobbel-wortels van deese Ornithogalum, waar van het meeste gedeelte een vuyft groot, bruyn, en met verscheyde veselwortelen versien waaren, ider van deese knobbel-wortel brengt gemenelyck op langhe en doncker groene steelkens twee bladen, die breed, senuwachtigh, en in alle deelen met de bladen van den Plantago Rosea overeenkoomende zyn.

Uyt deese knobbel-wortel werd oock een steel voortgebracht, die anderhalve voet hoogh, naackt, rond, en groen is, omtrent de top van deese steel doen sich op witte bloemen, die sesbladigh, eerst groen, naderhand wit zyn, en op steelkens, die rond en langer dan een vinger zyn, staan; naa de bloem volgt een driekant zaad-huys, dat in drie holligheden is verdeelt, en rondachtige zaaden in sich besluyt.

Het houd geen vaste tyd, op welke het bloem geeft in de Medicyn-hof.

Het werd van de Heer Breynen in syn Centuria plantarum exoticarum genaamt Ornithogalo affinis radice tuberosâ, Cyclaminis folio Capitis Bonæ Spei.



Portulaca anacampseros. Linn.

C A P. LXXXIX.

PORTULACA AFRICANA SEMPERVI-
RENS FLORE RUBICUNDO.

EX radicibus albicantibus caulis exsur-
git rotundus, in varios divisus ramu-
los humi diffusos, cui multa adnascuntur
folia, crassa succulenta, viridia & mu-
cronata.

Ramulorum summitates ornant in pedi-
culis longioribus flores pentapetaloidei ru-
bri; perianthium est bifidum, succulentum
& viride.

Flores sequuntur capsulæ feminales,
quæ in unicâ cavitate semina continent plu-
rima parva & pallida.

Foliorum & caulium sapor cum sapore
Portulacæ latifoliæ sativæ C: Bauhini con-
venit.

Certum florendi tempus servat nullum,
quum perpetuo vigeat

Seminibus deciduis & ramulis avulsis
facile propagatur, & eandem cum *Aloes*
speciebus culturam amat.

Uit witte wortelen komt een ronde steel
voort, die in verscheyde tacken ver-
deelt is, dewelcke op het aardryck neder leg-
gen, waar aan veel dicke, sapachtige, groene
en spitse bladen wassen.

Bloemen, die in vyven verdeelt en rood
zyn, en op lange steelkens staan, vercie-
ren de toppen der tackens; de bloem-kelck
is in tweeën verdeelt, sapachtig en groen.

Naa de bloemen volgen zaad-huysen,
die in een holligheid veel kleyne, en blee-
ke zaaden besluuten.

De smaak van de bladen en van de stee-
len komt over een met de smaack van den
Portulaca latifolia sativa C: Bauhini.

Het en houd geen gesette tyd van bloei-
jen, dewyl het altyd groen is, en wast.

Het werd voortgequeeckt door neerge-
valle zaaden, en afgescheurde tacken, en
bemint deselve cultuur als de soorten van
Aloe.

PSEUDODICTAMNUS AFRIC: FOL: SUBROTUNDIS SUBTUS INCANIS.

Fig. 90.



BIBLIOTHEQUE
LYON
UNIVERSITAIRE

SCD Lyon

C A P. XC.

PSEUDODICTAMNUS AFRICANUS
FOLIIS SUBROTUNDIS SUB-
TUS INCANIS

Semina hujus plantæ ex Africâ nomine *Dictamni flore rubro* missa sunt, quæ radice gaudet albicante & fibrosâ, è quâ ad sesqui pedis altitudinem cauliculi eriguntur quadrangulares & hirsuti.

Folia cauliculis adstant in hirsuto pediculo ex adverso bina, subrotunda, & crenata, quæ superiore viridia, & adversâ parte tomento albicante adducuntur.

Caulium summitatem verticillatim exornant in perianthio pateræ in modum explanato & denticulato flores rubri instar congenerum galeati & labiati.

Florem sequuntur in eodem perianthio femina nuda quatuor & parva.

Folia saporem habent amarum.

Floret julio, augusto femina perficit, quibus perfectis perit, quum planta sit annua.

Clar: Tournefort hanc plantam proponere videtur pag: 188 nomine *Pseudo-*

DE zaaden van dit gewas zyn uyt Africa met de naam van *Dictamnus flore rubro* gevonden, dit gewas heeft een wit en veselachtige wortel, waar uyt steelkens te voorscheyn komen, die vierkant, ruygh en anderhalve voet hoogh zyn.

De bladen, die aan de steelkens op een ruyg voetje twee over den anderen staan, zyn rondachtigh, geschaart, van boven groen, en van onderen met een witte wolachtigheyd beset.

De top van de steelkens werden verciert door roode bloemen, die in de ronte om de steel in een bloem-kelck staan, die als een schaal plat en geschaard is, de bloemen zyn als desselvs meedesoorten gehelmt en gelipt.

Vier kleyne zaaden volgen naa ider bloem, die in deselve bloem-kelck sonder omwindsel leggen.

De bladen hebben een bittere smaack.

Het draaght bloemen in de maand july en geeft zaaden in augustus, dewelcke ryp zynde soo vergaat de plant, alsoo het een eenjaarigh gewas is.

Den vermaarde Heer Tournefort schynt dit gewas voortstellen op het 188 blad met
X x x x de

dictamni Africani, *hederæ terrestris folio*
Oldenlandii.

de naam van *Pseudodictamus Africanus*,
hederæ terrestris folio Oldenlandii.



SALVIA AFRICANA FRUTESCENS: SCORODONIA, FOLIIS, FLORE VIOLACEO.

Fig. 91.



BIBLIOTHEQUE
MUSEUM
Lyon

SCD Lyon

C A P. XCI.

SALVIA AFRICANA FRUTESCENS
 SCORODONIÆ FOLIIS, FLORE
 VIOLACEO.

Salvia africana. L.

Speciosissima hæc *Salvia* species frutescens per aliquot annos in Horto medico Amstelædamensi exulta radicem figit satis crassam lignosam, fuscam, & fibris multis præditam.

E quâ nunc geminum, nunc unicum exurgit virgultum, primo quadrangulare, viride & hirsutum, dein rotundum, fuscum & lignosum, tres quatuorve pedes altum, & in varios divaricatum ramulos, quibus adstant folia ex adverso bina, parvo aut nullo suffulta pediculo, unciam longa, mediam lata, rigida & crenata, hæc de inferioribus, quum superiora sint minora, minusque crenata: Foliorum sapor nonnihil est aromaticus.

Ramulorum summitatem flores exornant galeati & labiati violacei, galea est fornicata, labium extuberat nec cochlearis instar excavatur, e quorum medio præter stylum nutritivum stamina exsurgunt bina, albicantia apicibus luteis prædita, quorum singula os hyoides seu græcam Δ repræsentant.

Florem evanidum in utriculo aperto semina sequuntur quatuor.

Fronde viret perpetuâ, omnique anni tempore & flores & semina perficit.

Seminibus, ramulis abscissis feracique solo infixis, & virgultis ex ipsâ radice orientibus facile propagatur.

Deese seer fraeije heesterachtige meede-soort van *Salvia* is al eenige jaaren in de Amsterdamsche Medicyn-hof gequeect, sy schiet een reedelycke, bruynen houtachtige wortel die met veel veselwortelen is versien.

Uyt welke wortel oft twee ofte oock een steel uytspuyt, die eerst vierkant, groen en ruygh is, daar naa rond, houtachtigh, bruyn, drie ofte vier voeten hoog, en in verscheyde tacken verdeelt is, waar aan de bladen sonder voetjes twe tegen den anderen overstaan, die de breette van een duym langh, een halve breed, styf, en geschaard zyn, verstaat hier door de onderste, dewyl de bovenste klynder en minder geschaard zyn: De smaack der bladen is eenighsints specereyachtigh.

De Bloemen die de top der tacken verciëren, zyn blaauw, gehelmt en gelipt, (galeati & labiati) de helm staat verheeven en omgebooge als een verwulft, de lip steeckt uyt, en is niet uyt geholt als een lepel, uyt het midde van deese bloemen koomen behalven de bloem-styl twee bloem-draaden, die met geele hoofdekens zyn versien, en waar van ider niet qualyck komt te verbeelden een griekse Δ .

Naa dat de bloem vergaan is soo volgen vier zaaden, die in een open huysken leggen.

Dit heester is altyd groen, en geeft oock op alle tyden des jaars syn bloemen en rype zaaden.

Het werd seer gemackelyck door zaaden, afgescheurden tacken, die in vrughtbaare aarde gestoocken werden, en door uytloopen, die uyt de wortel uyt spruyten, voortgequeect.

Yyyy

Het

(182)

Locis argillofis in Promontorio Bonæ
Spei ad bipedalem altitudinem crefcit, &
oëtobri floret.

*Het geeft bloemen aan de Caap de Goe-
de-hoop in de maand oëtober, en wast op
kleyachtige gronde, tot de hooghte van
twee voeten.*



C A P.

SALVIA AFRIC. FRUTIC. FOLIO SUBROTUNDO, GLAUCO, FLORE MAGNO AUREO.

Fig. 92.



LIBR. MUSEI HIST. NAT. LYON. 1788. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200.

C A P. XCII.

SALVIA AFRICANA FRUTICANS FO-
LIO SUBROTUNDO, GLAUCO, FLO-
RE MAGNO AUREO.*Salvia aurea. hi.*

Fuscam habet hic frutex radicem, cau-
lem quadripedalem, ligneum & fuf-
cum, cui foliorum ramulorumque abscif-
forum stigmata inhærent dui.

In varios dividitur hic frutex ramulos,
glaucos primo & quadrangulares, qui
tractu temporis lignei, fusci & rotundi
evadunt: his folia adstant ex adverso bi-
na subrotunda, glauca, & crassa.

Flores in ramulorum summitate appa-
rent galeati & labeati, aurei, quorum galea
fornicata, labium extuberans nec instar
cochlearis excavatum; in perianthio hi
flores nutriuntur congenerum maximo, in
quo post florum exanthefin semina perfici-
untur quatuor.

Augusto & septembri flores hic frutex
singulis annis (è quibus floribus guttæ
emanant instar sachari dulces) producit &
sequenti mense semina perficit.

Foliorum sapor & odor aromaticus &
ad rorismarini odorem & saporem acce-
dunt.

Juxta amniculos æstate ficcos magna
copia hujus fruticis ad quatuor pedum al-
titudinem crescit in Promontorio Bonæ
Spei, & floret septembri.

Dit heester heeft een bruyn wortel,
een steel, die vier voeten hoogh,
houtachtigh en bruyn is, waar op langh
de litteekenen van de afgevallen bladen en
afgesneede tacken blyven staan.

Dit heester verdeelt sich in verscheyde
tacken, die eerst witachtigh groen en vier-
kant zyn, en daar naa houtachtigh, groen
en rond werden: waar aan de bladen twee
over den anderen staan, rondachtigh, licht
groen, en dick zyn.

Gehelnde en gelipte bloemen komen op
de top van de tacken, en zyn goud-geel,
de helm is als een verwulft, de lip steeckt
uyt, en is niet uytgeholt als een lepel;
deese bloemen werden gevoed in een bloem-
kelck dat het grootste is van alle desselfs
meedesoorten, in deese bloem-kelck werden,
naa dat de bloem is vergaan, vier zaaden
voortgebracht.

Dit heester brengt jaarlycks bloemen
voort in augustus en september, (uyt wel-
ke bloemen, druppelen nedervallen, die
soo soet zyn, als suycker) en geeft de maand
daar aan volgende rype zaaden.

De smaack en reuck der bladen is spece-
ryachtig, en komt eenighsints over een met
de reuck en smaack van de rosemaryn.

Dit heester wast in overvloet aan de
Caap de Goede-hoop tot de hooghte van
viervoet aan revierkens, die des soomers
droogh zyn, en bloeyt in september.

Zzzz

De

Folia hujus Fruticis medicamen Incolis Promontorii Bonæ Spei est vulnerarum, infusio enim vulneribus recentibus applicatur, & interne in eundem finem propinatur.

De bladen van dit heester is by de Inwoonders van de Caap de Goede-hoop een wond-middel, want der selven aftrecksel werd op varsche wonde geleght, en werd tot dien selve eynde inwendigh in gegeven.



SCABIOSA AFRIC: FRUTESC: FOL: RIGIDIS SPLENDENTIBUS ET SERRATIS FLORE ALBICANTI

Fig. 93.



SCD.Lyon

C A P. XCIII.

SCABIOSA AFRICANA FRUTESCENS
 FOLIIS RIGIDIS SPENDENTIBUS
 ET SERRATIS, FLORE
 ALBICANTE.

Scabiosa rigida L.

EX seminum Africanorum congerie anno 1698 acceptâ & principio anni 1699 satâ unicam hujus generis plantam enatam vidi, cujus tamen dein semina eâdem anni ætate ex Africa accepi plurima.

Radix hujus fruticis est crassa, fusca, lignosa in alias minores divaricata.

Caulem habet bipedalem, rotundum, primo viridem, paucâ aut nullâ hirsutie præditum, qui dein lignosus evadit: hinc folia adstant ex adverso bina, parvo aut nullo ferme suffulta pediculo, sesqui unciam longa, mediam lata, rigida, serrata, splendens.

Ramuli producuntur ex foliorum alis rotundi, & nonnihil hirsuti, qui terminantur in pediculos semipedales, rotundos, unicum sustinens capitulum ex pluribus flosculis albicantibus compositum, quorum quisque est tubulosus & in quatuor profundas lacinias divisus, qui præter styli nutritivum stamina habet quatuor cum stylo albicantia: Horum singulos semina sequuntur singula instar congenerum.

Uit een hoop africaansche zaaden int jaar 1698 gekregen, en gezaayd int begin van't jaar 1699 heb ick deese eenige Plant van dit geslacht sien voortkoomen, waar van daar naa nochtans in de soomer van het selve jaar veel zaaden heb uyt Africa gekregen.

De wortel van dit heester is dick, bruyn, houtachtigh, en in andere kleyne wortelen verdeelt.

De steel heeft sy twee voeten hoogh, rond, eerst groen, met weynich ofte geen ruygachtigheyd versien, dewelcke naderhand houtachtigh word; waar aan de bladen staan twee aan twee over elkanderen (zynde ondersteunt door geen ofte kleyne voetjes), anderhalf duym langh, en een half breed, styf, geschaard, en blinkende.

De tacken koomen voort uyt de oxelen van de bladen, zyn rond, en eenighsints ruygachtigh, welckers uytyn den zyn steelen anderhalf voet langh, dragenden op haar top een bolleke, bestaande uyt veel witte bloemen, zynde alle buysachtigh, seer diep in vieren gesneden, dewelcke buyten haaren bloem-styl, vier, gelyck den bloem-styl, witten bloem-draden hebben: Na elk bloem volgt een enkel saad, gelyck als desselfs meedesorten hebben.

A a a a

Het

Floret totâ æstate , ac femina perficit.

Het draaght de geheele soomer bloemen, en zaaden.



SCILLA AFRICANA FLORE VIRIDI, PARVO BULBO AMPLISSIMO.

Fig. 94.



C A P. XCIV.

SCILLA AFRICANA FLORE VIRIDI
PARVO, BULBO AMPLISSIMO

HERM. CAT.

Bulbus Scillæ vulgaris triplo major & subflavus est, ac tunicis pluribus invicem investientibus constat.

Augusto mense caulis erigitur tripedalis & altior, rotundus, in cujus summitate flosculi spicatum apparent innumeri, successive sese aperientes, viridi albicantes monopetali, in sex profundas lacinias divisi, è quibus stamina præter stylum nutritivum prodeunt sex apicibus luteis prædita; semina hæcenus perfecit nulla.

Quum floret hæc Scilla, folia apparent nulla, bulbi autem, qui nullos producunt flores, septem octove proferunt folia spithamum vel sesqui longa, duas uncias lata, viridia, mucronata.

Hujus Scillæ bulbus mecum communicavit, Hortoque medico donavit Vir Amplifimus Dominus Petrus Rans Valkenier Scabinus, & Societatis Indiæ orientalis Assessor.

DE Bol is geelachtigh en driemaal soo groot als die van de Scilla vulgaris, en bestaat uyt veel deksels, die elkanderen bedecken.

In de maand augustus recht sich een ronde steel op tot de hooghte van drie voeten, en hooger, op welckers top als aan een lange aar ontelbaare bloemen sich opdoen, die den een naa den anderen open gaan, sy zyn uyt den groene witachtigh, eenbladigh en in ses diepe sneden gesneden, uyt welckers middel behalve de bloem-styl ses bloem-draaden met geele hoofdekens versien te voorschyn koomen; zaaden heeft sy tot noch toe geen voortgebracht.

Wanneer deese Scilla bloem draaght, soo en werden geen bladen vernoomen, die bollen nochtans, die geen bloemen voortbrengen, geeven seven ofte acht bladen van sich, die een span ofte anderhalve langh, twee duymen breed, groen, en spits uytlopende zyn.

De Bol van deese Scilla heeft my medegedeelt en aan den hof vereerd, den Edel: Achtbaare Heer Pieter Rans Valkenier Schepen, en Bewinthebber van de Oostindische Compagnie.



C A P. XCV.

SEDUM CANARINUM FOLIIS OMNIUM MAXIMIS.

Sempervivum canariense

ELegans hoc Sedum radice gaudet fibrosâ, è quâ plurima in orbem posita, & humi strata producuntur folia, (de plantâ juniore hæc dicta sunt, quum adultior caulem habet sex uncias altum, rotundum, foliorum stigmata servantem diu) quæ ex angustiore basi in mucronem latissimum exeunt, & ab utrâque parte & margine pilis minutissimis & albis sunt prædita: foliorum succus insipidus.

Clar: Plukenetius Sedum hoc phytographiæ tab: 314 vocat *Sedum majus canarinum acaulon*, pilis ad oras foliorum hispida argenteo lucidis fimbriatum & ab Infulanis, annotante eodem Plukenetio, vocatur *Corozone Celio*.

Eandem cum aloes speciebus amat culturam, & ex avulsâ sobole juniore, quæ nonnunquam ex ipso caule oritur, propagari potest.

DEese Fraeije Sedum heeft een veselwortel nyt welke veel bladen voortkoomen die in de ronte staan, en op het aardryck nederleggen, (dit moet van een jonge plant verstaan werden, dewyl, wanneer sy ouder is, een steel heeft, die ses duym hoogh, en rond is, en de litteekenen van de afgevallen bladen bewaard.) deese bladen zyn in het begin smalder dan desselfs eynde, het welke seer breed is; aan beyde de zyde en kanten zyn sy met seer kleyne witte haarkens versien: desselfs sap is sonder smaack.

Den vermaarde Heer Plukenet geeft deese Sedum in syn Phytographia op de 314 plaat de naam van *Sedum majus canarinum acaulon pilis ad oras foliorum hispida argenteo lucidis fimbriatum*, en het werd, gelyck als den selve Heer Plukenet aantee-kent, van de Inwoonders genaamt *Corozone Celio*.

Deese Sedum bemind deselve cultuur als de soorten van Aloe, en kan door jonge planten, die by wylen nyt de steel uyt spruyten, voortgequeeckt werden.

SOLANUM LIGNOSUM AFRICANUM SEMPERVIRENS LAURINIS FOLIIS.

Fig. 96.



C A P. XCVI.

SOLANUM LIGNOSUM AFRICANUM
SEMPERVIRENS LAURINIS

FOLIIS.

Solanum aggregatum.

Radicem habet hic frutex albicantem, minoris digiti crassitiem raro superantem, longe lateque per terram dispersam, & nisi cohibeatur, innumeros emittit furculos, qui juniores duplici teguntur cortice, exteriori fusco, interiori viridi, qui cum adoleverint in trium quatuorve pedum altitudinem excrescunt, aliquot emittentes ramulos, ejusdem cum trunco coloris, quibus folia, pediculo unciali & crasso sustentata, adstant crassiuscula, viridia, nervosa, duas uncias longa, unciam lata, & acuminata.

In ramulorum summitate flores apparent e longo pediculo dependentes, monopetali, campanulati, in quinque profundas lacinias divisi, & ex albo purpurascens, e florum medietate una cum stylo nutritivo rotundiore & albicante stamina apparent albicantia, rotunda, tenuia, quæ in capitulum exeunt luteum, oblongum & striatum.

Florem sequitur bacca, rotunda, & viridis, baccæ Pseudocapsici Dodonæi non dissimilis, quæ intus plurimas continet acinias planas & albicantes.

Totâ floret æstate, & autumnò baccæ perficiuntur.

Locis arenosis Promontorii Bonæ Spei

Dit heester heeft een witte wortel, die selde dicker is dan een pinck, seer verre door het aardryck heene spryt, en die, ten zymen deselve bedwingh, veel jonge spruyten uyt schiet, deese spruyten als sy jongh zyn, werden met twee basten bedeckt, zynde de buytenste bruyn, en de binnenste groen, deese spruyten ouder werdende wassen op tot de hooghte van drie en vier voeten, en geeven eenige tacken van sich, die deselve verwe hebben als de stam, waar aan de bladen op een voetjen, dat dick, een duym breed en langh is, staan, die dickachtigh, groen, senuwachtigh, twee duymen langh, een breed, en spits uytlopende zyn.

Op de top der tacken doen sich op de bloemen, die aan lange steelkens hangen, eenbladigh, klokswyse, in vyf diepe sneden verdeelt, en bleek-purper van verwe zyn, uyt het midde van de bloemen koomen, behalve de witte en ronde bloem-styl, bloem-draaden, die wit, rond, en dun zyn, en eyndigen in een hoofdeke, dat geel, langhachtigh en geveurd is.

Naa de bloem volgt een besie, die rond, groen, en niet ongelyck is aan de besie van de Pseudocapsicum van Dodonæus, in deese besie zyn veel witachtige en platte zaaden.


Het geeft bloemen de geheele soomer door, en de besien werden in de herfst ryp.

Het wast aan de Caap de Goede-hoop
D d d d op

ad quatuor pedum altitudinem excrescit,
& floret septembri.

*op sandige plaatsfen tot de hoogte van vier
voeten , en draaght bloemen in september.*





C A P. XCVII.

SPARTIUM AFRICANUM FRUTES-
CENS ERICÆ FOLIO.

Plantæ flore gaudentes papilionaceo fo-
liis solitariis, (hoc est non ternis ex
eodem pediculo ortis) caulibus ut plurimum
lignosis, vario ab Auctoribus nomine pro-
ponuntur, & vel *Genista*, *Crotalaria*, *Spar-
tium*, *Genista-spartium*, *Erinacea*, *Ge-
stella*, vel *Siliquastrum* audiunt, varian-
te nomine pro vario Auctore, & quæ fer-
me omnes nonnunquam unius *Genistæ* no-
mine indigitantur; cum tamen notabilis
aliqua hæc inter plantas occurrat nota,
quæ facile distingui queant eas distinguen-
das, varioque nomine proponendas existi-
mo, eas optime distinxisse Cl: Tourne-
fort nullus dubito: *Nostra* itaque jam de-
scribenda ex eo, quod siliquâ gaudeat
semen unicum continente, spinis careat,
nullaque folia habeat articulata, facile &
a *Genistæ* & *Crotalaria* speciebus, quæ
siliquis gaudent seminibus pluribus refer-
tis; & a *Genista-spartio* & *Erinacæ*, quæ
spinis armantur; & a *Genistella*, quæ fo-
lia habet articulata, & siliquas *Genistarum*
similes; a *Siliquaastro* (quod & *Arbor Ju-
dæ* vocatur) floris petalo proboscidem effi-
cente gemino, & siliquis omnium hujus clas-
sis latissimis prædito, distingui potest,
eamque, idcirca *Spartium* vocavi. De his
plura videantur in Cl: Tournefort: inst:
rei herbariæ. Pag: 643. ad: 646.

Ex radice lignosâ caulis exurgit duos
tresve pedes altus, lignosus, cinereus, &
crassitiem calami scriptorii raro superans,

Dē gewassen, die een capelswyse bloem,
alleen staande bladen (dat is, die
geen drie bladen hebben op een steelken)
en gemeenelyck houtachtige stelen heb-
ben, deese werden van de Auteurs on-
der verscheydene benaamingen voorgesteld,
en werden of *Genista*, *Crotalaria*, *Spar-
tium*, *Genista-Spartium*, *Erinacea*, *Geni-
stella*, ofte *Siliquastrum* genaamt, dewyl
de naam met desselfs beschreyvers veran-
dert, jaa deese alle werden oock bywylen met
den eenen naam van *Genista* voorgesteld, de
wylder nochtans een merckelyck onderscheyd
is tussen deese gewassen, waar door sy konnen
onderscheyden werden, soomeene ick dat sy
oock moeten onderscheyden, en met verscheyde
naamen voorgesteld werden, het welke
myns oordeels den Heer Tournefort seer
wel gedaan heeft: Deese plant dan, die
nu beschreven sal werden, kan seer light,
dewyl sy een haauwe voortbrengt, die
maar een zaad in sich beslyt, dewyl sy
geen doornen noch bladen met leeden heeft,
van de *Genista* en *Crotalaria*, die haau-
wen voortbrengen met veel zaaden versien;
van de *Genista-spartium* en *Erinacea*, die
met doornen versien zyn; van de *Geni-
stella*, die bladen met leeden, en haauwen
als de *Genista* heeft; van de *Siliquastrum*
(die oock *Arbor Judæ* genaamt werd) de-
welcke twee bloem-bladen heeft, die te sa-
men den snuyt uytmaaken, en haauwen
heeft die de breedste van deese geheele ver-
deelingh zyn, onderscheyden werde, dier-
halve heb ik deselve *Spartium* genaamt,
siet hier breeder van de *Institutiones* rei
herbariæ van de Heer Tournefort van het
643 tot 646 blad toe.

Uyt een houte wortel komt een steel, die
twee ofte drie voeten hoogh, houtachtig h,
afgraanw, en selde dicker dan een schryf-
pen

Eeeee

qui undique , ni abscindantur , ramulos
emittit , quod abscissorum stigmata satis
demonstrant ; ramuli undique foliis ornan-
tur exiguis , viridibus , pilisque minutif-
simis præditis nunc solitariis , nunc pluri-
bus instar Laricis junctis.

Ramuli flosculis ornantur papilionaceis
& albicantibus , flores sequuntur siliculæ
femen unicum reniforme continentes.

Seminibus & ramulis avulsis facile pro-
pagatur.

pen is , die over al, so sy niet werden af-
gesneeden, tacken van sich geeft, het geen
genoeghsaam de littekenen der afgesnedene
aan wyft ; de tacken werden overal met
klyne groene en ruyge bladekens verciert ,
die of enckel en alleen , ofte veel by den
anderen staan als de bladen van de Larix.

Witte en Capelswyse bloemen verciere
de tacken, naa de bloemen volgen haauw-
kens, die een enckeld nierswyse zaadken in
sich beslyt.

Door zaaden en afgescheurde tacken
werd sy seer licht voortgequeeckt.



SPARTIUM AFRICANUM ERUTESCENS RUSCI FOLIO CAULEM AMPLECTENTE.

Fig. 98.



C A P. XCVIII.

SPARTIUM AFRICANUM FRUTES-
CENS RUSCI FOLIO CAULEM
AMPLECTENTE.

HUic nostro *Spartio* non valde diffimilem plantam Cl: Breynium capite XXVIII descripsisse nomine *Planta leguminosa aethiopica foliis rusci* primo intuitu facile conjiciet Lector Benevolus; at si Breynii descriptio & jcon cum nostrâ comparentur, ilico plantas esse diversas, sive quod ipsam foliorum magnitudinem, quæ in plantâ Breynii majora, trunci formam, qui in Breynii triangularis, sive filiquas consideremus, quæ in Breynii majores & compressæ Genistarum instar, & dubito procul semina plurima continent, attendenti apparebit.

Radix fibrosa & albicans, quæ caulem emittit pedalem, rotundum, cineraceum, in ramos aliquot divisum, qui juniores rubent, tandem cum caule concolores.

Folia ramulos amplectuntur nullo habito ordine Rusci æmula, in mucronem acutissimum exeuntia.

In ramulorum summitates flores apparent in perianthio quinquifido & acutissimo flores papilionacei lutei, quos silicula sequitur in aculeum acutissimum exeuns, semen continens unicum reniforme.

DEn Goedgunstige leeser sal met den eersten opslag meenen, dat de vermaarde Heer Breynen in het XXVIII hoofddeel een plant heeft beschreven met de naam van *Planta leguminosa aethiopica foliis rusci*, die aan deese onse *Spartium* niet seer ongelyck is; maar soo indien het afbeeldsel en beschreyvingh van de Heer Breynen met de onse werd vergeleeken, soo sal het aanstonds aan een naauwkeurigh ondersoeker, het zymen de groote der bladen, die in die van de Heer Breynen grooter, het zymen de gedaante van de stam, die in die van de Heer Breynen driekant, of dat men de haauwen gaadeslaat, die in die van de Heer Breynen grooter, t'saamen gedrongen, gelyck als de meedesorten van *Genista*, en die buyten allen twyffel veel zaaden in sich besluyten, blycken, dat het verscheyde gewassen zyn.

De wortel is veselachtigh en wit, dewelke een stam voortbrenght, die een voet hoogh, rond, asgraauw, en in eenige tacken verdeelt is, deese tacken zyn, jongh zynde, rootachtigh, en werden naaderhand van deselve verwe als de stam is.

Sonder eenige ordere werden de tacken ombelst, door bladen, die gelyck zyn aan de bladen van de *Ruscus*, en spits uytloopen.

Op de top der tacken doen sich op Capelswyse bloemen, die geel zyn en in een bloem-koocker staan, dat in vyven verdeelt en seer scherp is, naa de bloemen volghet een haauw, die in een seer scharpe punt eyndicht, en een enckeld nierswyse zaad in sich besluyt.

Fffff

Het

(196)

Floret junio & julio , Septembri femi-
na perficiuntur.

*Het geeft bloemen in juny en july , en
rypen zaaden in September.*



C A P.

STACHYS CANARIENSIS FRUTESCENS, VERBASCI FOLIIS

Fig. 99.



BONNEVILLE
LYON
UNIVERS. PARIS.

C A P. XCIX.

STACHYS CANARIENSIS, FRUTES-
CENS, VERBASCI FOLIIS.

TOURNEFORTII.

EX radicibus lignosis caudex erigitur tripedalis & altior, lanuginosus primo & quadrangularis, tandem fuscus, rotundus & inæqualis, qui in ramulos divaricatur quadrangulares & lanuginosos.

Folia ex adverso bina, longis & lanuginosis suffulta pediculis, ramulis adstant longa, lata, nervosa, & subtus tomento albicante prædita.

Ramulorum summitates flores exornant verticillatim positi, albi, labiati & galeati, post quorum exanthesin semina apparent in utriculo aperto quatuor, parva, nigricantia.

Floret totâ æstate, & circa autumnii initium semina perficiuntur.

Si folia fricentur, tetrum & gravem spirant odorem.

Arvida salva Canarienses hunc fruticem; *Salviam Sylvestrem*, amplissimis *verbasci foliis*, graveolentem, flore albo parvo *canariensem* Plukenetius in *almag*: botanic: pag: 329. & *Stachydem amplissimis verbasci foliis*, floribus albis, par-

Uit houte wortelen komt een stam voort, die drie voeten hoogh en hooger werd, eerst wolachtigh en vierkant, ten laasten bruyn, rond, en ongelyck is, en verdeelt werd in tacken, die vierkant en wolachtigh zyn.

Twee bladen over den anderen, werdende ondersteunt door lange en wolachtige steelkens, staan aan de tacken, sy zyn langh, breed, senuwachtigh, en van onderen met een witte wolligheyd beset.

De toppen der tacken werden vercierd door witte bloemen, die als de speecken in de raaden ront om de steel geplaaft staan, en die gehelmt en gelipt zyn, naa dat deese bloemen vergaan zyn, soo doen sich op vier kleyne swarte zaaden, die in een open zaad-huysken geplaaft zyn.

Het draaght de geheele soomer door bloemen, en geeft omtrent het begin van de herfst rype zaaden.

Wanneer de bladen gevreeven werden, geeven sy een swaare en onaangenaame reuk van sich.

De Inwoonders van Canarien geeven dit heester de naam van *Arvida Salva*: en *Plukenet* in syn *Almag*: botan: op het 329 blad de naam van *Salvia sylvestris*, amplissimis *verbasci foliis*, graveolens, flore albo, parvo *canariensis*. En op het

Ggggg

356

vis, non galeatis, spicâ betonicæ ex Insulâ Canarinâ Idem Pag: 356 vocat.

356 *blad stachys ampliffimis verbasci foliis, floribus albis, parvis non galeatis, spica betonicæ ex Insulâ Canarinâ.*



TANACETUM AFRIC FRUTICANS MULTIFLORUM FOLIIS TANACETI DECUPLO MINORIBUS

Fig. 100.



BIBLIOTHÈQUE
LYONNAISE
EN VENTE

C A P. C.

TANACETUM AFRICANUM FRUTI-
CANS MULTIFLORUM FOLIIS TA-
NACETI VULGARIS DECU-
PLO MINORIBUS.

PLantam hanc venustissimam, ex mix-
turâ ingenti variorum Africanorum se-
minum sub fine anni 1698 acceptâ, ena-
tam florentem & semina matura perficien-
tem primo vidimus anno 1699.

Radicem habet hoc tanacetum albican-
tem, lignosam, ex quâ caulis exsurgit
sesquipedalis, rotundus, primo viridis
dein fuscus, & lignosus, qui ab ipsâ radice
ad summitatem usque in varios divarica-
tur Ramulos, hi juniores virides, tan-
dem fusci & lignosi evadunt.

Folia, quæ cauli, & Ramulis adstant,
multiplici dividuntur incisurâ, & minora
sunt omnibus partibus Tanaceti vulgaris
foliis, sapor & odor foliorum vehemens,
amarus & cum Tanaceto vulgari conve-
nit.

Caulium summitatem exornant flores
Discoidei nudi velut in Umbellam digesti,
floribus luteis exiguis admodum, ut nu-
do oculo earum partes vix videri queant,
creberrimis & dense stipatis constat, quo-
rum singulos semen sequitur unicum par-
vum,

IN het jaar 1699 hebben wy dit gewas,
het aldereerst gesien, het geen wyt een
grootte menigte van verscheyde Africaan-
sche zaaden, die in het laast van het jaar
1698 ontfangen waaren, is voortgekoo-
men, en in het selve jaar bloemen en zaa-
den heeft voortgebracht.

Deese Tanacetum heeft een witte hout-
achtige wortel, waar wyt een ronde steel
opschiet tot de hooghte van anderhalve
voet, die eerst groen, naderhand bruyn
en houtachtigh is, en van onderen tot bo-
ven in verscheyde tacken verdeelt werd,
deese tacken, wanneer sy jongh zyn, soozyn sy
groen, en werden naderhand bruyn en hout-
achtigh.

De bladen, die aan de steel en tacken
staan, zyn seer veel ingesneden, en in
allen deelen kleynder dan de bladen van
den Tanacetum vulgare; de smaack en
reuck der bladen is sterck, bitter en over-
eenkoomende met de Tanacetum vulgare.

De toppen der tacken werden door naak-
te, en bundelwys by den andere gevoeg-
de bloemen vercierd, sy staan op haar steel-
kens in de ronte geschickt, als de kroon-
kens kruyden, en bestaan wyt veel en dicht
by den anderen gevoeghde geele bloemen,
die soo kleynd zyn, dat naauwelyck der sel-
ven deelen konnen met een naakt oogh be-
schouwt werden, naa elck bloemken volgt
een enckeld kleynd zaad.

Hh h h h

Dit

Certum florendi tempus non habet hoc
Tanacetum, quum & hyeme & æstate
floreat.

*Dit heesterke en houd geen vaste tyd op
welcke het bloem geeft, dewyl het des soom-
mers en winters bloem draaght.*



TANACETUM AFRIC: ARBORESCENS FOIIS LAVENDULÆ MULTIFIDO FOLIO.

Fig. 101.



C A P. CI.

TANACETUM AFRICANUM ARBO-
RENSCENS FOLIIS LAVENDULÆ
MULTIFIDO FOLIO.

Sigynia frutescens.

EX radice lignosâ caudex erigitur sex septemve pedes altus, rotundus, cortice fusco tectus.

Caudex in varios dividitur ramulos, ejusdem cum caule coloris, (horum summitates si excipiantur, quæ lanuginosæ) quos folia ambiunt longa, viridia, in multas & profundas lacinias divisa, instar foliorum Lavendulæ multifido folio Clusii.

In Ramulorum summitate ex longioribus pediculis flores apparent discoidei non radiati, sed lutei.

Foliorum odor & sapor odori & sapor foliorum Tanaceti vulgaris respondent.

Mensibus junio & julio flores, autumno semina non nunquam perficiuntur.

Uit een houtachtige wortel werd een stam voortgebracht, die ses en seven voeten hoogh, rond, en met een bruynne bast bedeckt is.

De stam werd in verscheydene tacken verdeelt, die van deselve verwe zyn, als de stam, (indien men uytsondert der selven toppen, die wolachtigh zyn) deese tacken omhelsen bladen, die langh, groen, in veel en verscheyde sneden verdeelt zyn, gelyck als de bladen van den Lavendula multifido folio van Clusius.

Op de toppen der tacken doen sich, ondersteund zynde door lange steelen, bloemen op, die uyt verscheyde bundelwys by den andere gevoeghde, sonder rond omloopende bloem-bladen, bestaan, en geel zyn.

De reuck en smaak der bladen komt over een met de reuck en smaak der bladen van den Tanacetum vulgare.

De bloemen koomen voort in de maanden juny en july, de zaaden werden by wylen ryp in de herfst.

TETRAGONOCARPOS AFRIC: RADICE MAGNA, CRASSA ET CARNOSA.

Fig. 102.



C A P. CII.

TETRAGONOCARPOS AFRICANA RA-
DICE MAGNA, CRASSA, ET
CARNOSA.

R Adice gaudet perenni subflavâ, crassâ, Spithamum longâ, & sapore dulci prædita.

Ex ipsâ radice cauliculi aliquot conveniunt humi fusi, his folia nullo servato ordine adstant crassa, succulenta, ex angusto principio in mucronem latum exeuntia, per margines æqualia, & sapore subacido instar foliorum Portulacæ sativæ prædita.

In cauliculorum summitatibus flores apparent longis sustenti pediculis, pentapetali, (rarissime tetrapetali) lutei, qui stilum habent nutritivum, & viridem, cui multa circumstant stamina lutea.

Singulis floribus fructus succedit quadrangularis, seu fructus durus, unicum intus nucleum seu semen continens, huic fructui quatur eminentiæ instar alarum adstant.

Mensibus floret æstivis, semina nunquam, sed rarissime in in hisce regionibus, autumno perficiuntur.

D It gewas heeft een wortel, die des winters niet vergaat, geelachtigh, dick, een span langh, en soet van smaak is.

Uyt de wortel koomen eenigen steelkens voort, die langhs het aardryck nederleggen, waar aan sonder eenige ordere dicke en sapachtige bladen staan, die voor aan de steel smal, aan het eynde breed, en aan de zyden effen en gelyck zyn, der selve smaak is eenighsints suur gelyck als de bladen van de Portulaca sativa.


Op de top der tacken doen sich bloemen op, die op lange steelkens staan, vyfbladig (selden vierbladigh) en geel zyn, deese bloemen hebben een groene bloemstyl, om welke rondom veel geele bloem-draaden staan.

Naa ider bloem volgt een vierkantige vrucht, ofte anders een harde vrucht, die een pit ofte zaad in sich beslyt, waar aan vier uytsteecksel als vleugelen staan.

Het draaght bloemen in de soomer maanden, en geeft bywylen, maar selden in deese gewesten, rype zaaden in den herfst.

TETRAGONOCARPOS AFRIC. FRUTICANS FOLLIS LONGIS ET ANGUSTIS.

Fig. 103.



C A P. CIII.

TETRAGONOCARPOS AFRICANA FRUITICANS FOLIIS LONGIS ET ANGUSTIS.

EX radicibus fibrosis & albicantibus caulis erigitur pedalis, cortice exteriori fusco, interiore viridi amictus.

Caulis in varios divaricatur ramulos rotundos, primo vitides, dein fuscus, his folia adstant, longa, angusta, viridia & succulenta.

Ramulorum summitates ornant flores parvis sustenti pediculis, lutei, pentapetali & tetrapetali, instar præcedentis, sed duplo minores.

Flores sequuntur fructus quadrangulares & alati, ut in præcedente.

Floret etiam mensibus æstivis, & rarissime autumnis semina perficit.

Ex avulso ramulo facile propagari potest, & inter Africanas plantas frigidioris est patientissima.

Tetragonocarpus has plantas vocavi, quia nulli cognito generi adjungi queunt,

Uit witte en veselachtige wortelen komt een steel voort, die de hoogte heeft van een voet, en van buyten met een graauwe, en van binnen met een groene schorsse bedeckt is.

De steel werd in verscheyde tacken verdeelt, die rond, eerst groen, naaderhand bruyn zyn, waar aan dat bladen staan, die langh, smal, groen en sapachtigh zyn.

De bloemen, die de top der tacken vertieren, staan op kleyne steelkens, zyn geel, vyfbladigh, en oock vierbladigh, en gelyck als de bloemen van de voorgaande, maar de helft kleynder.

Naa de bloemen volgen vierkante en gevleugelde vruchten, als in de voorgaande.

